Sermo.xxxiiij.

2 Fauus diſtillãſ labia tua ſponſa/mel et lac ſub lingua tua/⁊ odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor thuris. Vehemẽter dulcia ſunt/que nũc dicta ſunt ad ſpõſam. Sed queritis quomodo ſuperioribus iſta conueniãt. Semel vos commonuiſſe ſufficiat.⁊ neceſſitate continuatõis liberam eſſe legẽ cõmendationis. Non tenet ſeriem:ſed vtitur vaga licentia. Vbi laudũ ratio vertitur:non poteſt ordo quidem exigi:ſed nec debet reſpui ſi aſſignari queat. Poſt vnguentorũ laudes: ſtatiz labiorum gratia proferẽ in mediũ. Quid enim ſi nõ de vnguenti virtute hec in labijs diffuſa eſt gratia? Euangeliuz reuolue/⁊ aliquid tale de ſponſo ipſo dici inuenies. Spiritus (inquit) domini ſuper me eo quod vnxerit me/euangelizare pauperibuſ miſerit. Oportuit ergo ⁊ ſponſam in hoc aſſimilari ſponſo:vt ⁊ ipſa in opus euangelij vnctione ſpiritus vngeretur. Spiritus enim ad officiũ vngit ⁊ ad efficaciaz. Vtrumqz ab illo eſt:⁊ miniſterij gradus ⁊ gratia miniſtrandi. Sine gratia gradꝰ inutilis.⁊ ſine gradu pſumptuoſus vſus eſt gratie. Quomodo predicabũt niſi mittantur.aut quomodo mittantur niſi vngantur:ſicut ſcriptũ eſt. Spiritus domini vnxit me:euangelizare pauperibus miſit me. Spiritus ordinat in officium:ſpiritus ⁊ os aperit/⁊ format in vſum. Idcirco in laudibus ſponſe prius agit ḋ vnguentis ſponſe:deinde de dulcedine labiorum eius.quia ⁊ ſi dulcia loquitur/ non ipſa eſt que loquitur:ſed ſpiritus ſponſi q̇ loquitur in ea. Deniqz audi quid ipẽ ſpõſus Jeſus primitiue pollicetur ſponſe.id eſt.apoſtolis.quia primitias ſpiritus acceperunt. Ego (inquit) dabo vobis os ⁊ ſapientiã cui nõ poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Magna quidẽ virtꝰ ſermõis diuini/⁊ aduerſantes reuincere poteſt:⁊ nõ aduerſantes allicere. Et hoc ipz eſt de preconijs eius.quid nunc in diſputatione fertur:ad blandimentũ plus ſpectat q̃ ad redargutionis effectuz. Fauus diſtillans labia tua. Familiare quidez eſt illi ⁊ quaſi innatũ dulcia loqui. Si quando autẽ increpat dure:peregrinũ illud ab ea ⁊ de longe aſcitũ/⁊ non inſitũ.nec ſic eſt affecta/ſed magis coacta. Cum dulcia loquitur/de proprijs loquitur:cũ vero dura/nõ habet hec oris eiꝰ q̃litas:ſed prauitas audientiũ. Ergo de propriori de familiari laudat ſponſam cũ dicit. Fauus diſtillans labia tua. Sed quia de continuatione aliquanta iam audiſtis: vultis ⁊ de continentia cõmendationis eius diſſeraz. Tria quedã laus iſta complectitur/dulcedinem/plenitudinẽ/parcitatẽ. Dulcedo conſideratur in genere.plenitudo ĩ copia parcitas in effuſione. Quid effuſionez dico? Diſtillatio magis eſt q̃ effuſio. Fauꝰ diſtillans labia tua. Quid neceſſe eſt in aſſignandis ſingulis immorari? Ipſi enim ſcitis:quia fauus nõ niſi dulcedinẽ effundit:nec niſi de pleno effundit. Et de plenitudine quidem ipa/nõ totam ipam. Jdo fauus nõ effundens/ ſed diſtillans labia tua. Eſt ergo in labijs ſponſe et dulcedo ſola/⁊ dulcedo plẽa/⁊ dulcedo ſobria. Plene quidem poſſidetur/ſed non plene effũditur:ſed prout auditoruz capacitas exigit. Vultis etiam ipſius ſponſe de labijs ſuis habere teſtimoniũ? Quã dulcia (inquit) faucibus meis eloquia tua/ſup mel ⁊ fauũ ori meo. Dulcia quidez ſunt labia ſponſe/eloquia eniz domini diſtillant ab eis. Eloquioruz domini eſt iſta dulcedo. Non enĩ de ſuo loquitur:ſed quaſi ſermones domini. Jdcirco diffuſa eſt gratia in labijs eius. Accipite iam ex parte qualia mella ſacri fauus diſtillat eloquij.⁊ vnicuiqz ſicut deus diuiſit vaſi/cui inſtilleẽ mẽſuram. Remittit/ꝑmittit/promittit/ꝑmittit. Delicta remittit.infirma ꝑmittit. eťna ꝑmittit:⁊ ipoꝝ ꝑmitias quaſdã ꝑmittit. Sapiam loquiẽ inter ꝑfectos. ſapiam q̇dem nõ hꝰ mũdi/ſꝫ dei. Sapiam ĩ miſterio abſconditã/⁊ ĩter minꝰ ſpũaliter ſapiẽtes nil arbitraẽ ſe ſcire/niſi xp̄m ih̄m ⁊ hũc crucifixũ. Cohortaẽ ad ꝑfectõꝫ/nõ cogit ſꝫ magꝭ ꝯſolaẽ puſillanimes.ſuſcipit ĩfirmos:⁊ ſi inq̇etos corripit:correctõ iã dulcedinẽ ſapit maternã.peccãti cõpatiẽ.cõuerſo indulget:nec ĩdulgẽtiaꝝ numerũ et q̃ſi terminũ quẽ nõ trãgrediaẽ ꝑfigit: cui ꝑcipiẽ ſeptuagies ſepties ĩ die ḋlicta toti enſ ꝯfitẽti donare. Vid q̃ magꝰ mľtitudo dulcedis ĩ labijs ſpõſe q̇ totiẽſ ipẽ ꝑffluit ĩ malũ:totiẽs ſi ꝯuertarẽ/ipa tibi diſtillat

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0358
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt